



Yale University Library Digital Collections

Title	[Selected leaves]
Call Number	Gnc60 Pq538
Collection Title	M. Tvllii Ciceronis Pro M. Caelio oratio. XXXV
Rights	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
Extent of Digitization	Partial work digitized.
Generated	2022-05-31 16:52:51 UTC
Terms of Use	https://guides.library.yale.edu/about/policies/access
View in DL	https://collections.library.yale.edu/catalog/2056044

M. T. CIC. ORATIO

diligentia est consecutus. In hoc flexu quasi etatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate ac sapientia uestra) fama adolescentis paulū hēsīt ad metas notitia noua mulieris, & infelici nīcitate, & insolētia uoluptatis: quae cū inclusae diutius, & prima etate cōpressae & cōstrictae fuerūt, subitō se nōnū. quam profundū atq; eijciūt uniuersae. Quae ex uita, uel dicā, quo ex sermone, nequaquā enim tantū erat, quātū homines loquebātur: uerūm ex eo quicquid erat, emerit, totūmq; se eiecit, atq; extulit: rātūq; abest ab illius familiaritatis infamia, ut eiusdē nūc ab se inimicitias odiumq; ppulset. Atq; ut iste interpositus sermo deliciarum desidiāq; moreretur (fecit me hercule inuito, & multū repugnāte, sed tamē fecit) nomē amici mei de ambitu detulit: quem absolutū insequitur, reuocat, nemini nostrū obtēperat, est uolentior q̄ uellem. Sed ego non loquor de sapientia, quae non cadit in hanc etatem: de impetu animi loquor, de cupiditate uincēdi, de ardore mētis ad gloriā: quae studia in his iam etatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia uerō, tanquam in herbis, significant quae uirtutis maturitas, & quantae fruges industriae sunt futurae. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius à gloria, quā incitandi fuerunt. Amputanda plura sunt illi etati, si quidem efflorescit ingenij laudibus, quā inserenda. Quare sicui nimium efferbuisse uidetur huius uel insuscipiendus uel in gerendis inimicitijis uis, ferocitas, pertinacia: si quem etiam minimorū horum aliquid offendit, si purpurae genus, si amicorū cateruae, si splendor, si nitor: iam ista deserberunt, iam etas omnia, iam dies mitigari. Conseruate igitur Reip. Iudices ciuem bonariū artium, bonarum partium, bonorum uirorum. Promitto hoc uobis, & Reip. spon-

deo.

PRO M. CAELIO.

18

deo, si modō nos ipsi Reip. sati fecimus, nunquam hunc à nostris rationibus seunctum fore. Quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quōd durissimis se ipse legibus iam obligarit. Neq; enim potest, qui hominem consularem, quōd ab eo Rempublicam uiolatam diceret, in iudiciū uocarit, ipse esse in Republica ciuis turbulentus. Non potest, qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impune unquam esse largitor. Habet à M. Caelio Respublica, Iudices, duas accusationes uel obsides periculi, uel pignora uoluntatis. Quare oro obtestorque uos Iudices, ut qua in ciuitate paucis his diebus Sex. Clodius absolutus sit, quem uos per biennium aut ministrum seditionis, aut ducem uidistis: qui aedes sacras, qui censum populi Romani, qui memoriā publicam suis mambus incendit: hominē sine re, sine fide, sine spe, sine se de, sine fortunis: ore, lingua, manu, uita omni inquinatū: qui Catuli monumentū affixit, meā domū diruit, mei fratris incendit, qui in Palatio atque in urbis oculis scrutata ad eadem & inflammandam urbem incitauit: in ea ciuitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Caesium libidini muliebri condonatum: ne eadem mulier cum suo coniuge & fratre, turpissimum latronem eripuisse, & honestissimum adolescentē oppressisse uideatur. Quod cū huius uobis adolescentiam proposueritis, cōstitutor nobis ante oculos huius etiam miser senectutem, qui hoc unico filio nititur, in huius spe reuiescit, huius unius casum pertimescit: quem uos supplicem uestrae misericordiae, seruum potestatis, abiectum non tam ad pedes, quā ad mores sensusq; uestris, uel recordatione parentum uestrorum, uel liberorum iucunditate sustentate: ut in alterius dolore, uel pietati uel indulgentiae uestrae